Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



apoc

360

formicacionem et desolatā facient illā et nudā: et carnes eius manducabūt et ipsā igni comburent: quia fortis est deus qui iudicabit illam: et flebūt et plangent se super illam reges terre que cū illa formicati sunt et in deliciis vixerunt. cū viderint fumum incendii eius longe stantes p timorē tormentorū eius dicentes: Ve ve ciuitas illa magna babylon ciuitas illa fortis: quia una hora venit iudicium tuum. Et negociatores terre flebūt super illam et lugebūt: quia merces eorū nemo emet amplius: merces auri et argenti et lapidis pretiosi et margarite et byssi et purpure et serici et cocci: et omne lignum thyinum et omnia vasa ebureā et omnia vasa de lapide pretioso et aereo et ferreo et marmoreo: et cinnamomum et odoramentorū et unguenti et thuris et vini et olei et similae et tritici et iumentorū et ouium et equorū et rhedarū et mancipiorum et animas hominū. Et poma tua desiderii anime tue discesserunt a te: et omnia pinguia et preclara perierunt a te: et amplius illa ea non inuenient. Negociatores horum qui ditati sunt ab ea longe stabunt propter timorē tormentorū eius flentes et lugentes et dicentes: Ve ve ciuitas illa magna: que amicta erat bysso et purpura et cocco et deaurata est auro et lapide pretioso et margaritis quoniam una hora destituta sunt tante diuicie. Et omnis gubernator et omnes qui in locis nauigant et nautę: et qui in mari operantur

ciuitas et clamabant videntes locum incendii eius dicentes: Quis similis huic ciuitati magne? Et miserunt puluerem in capita sua et clamabant flentes et lugentes et dicentes: Ve ve ciuitas illa magna in qua ditati sunt omnes qui habebant naues in mari de preciis eius: quia una hora desolata est. Exulta super eam celum et sancti apostoli et prophete: quia iudicauit deus iudicium vestrum de illa. Et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum et misit in mare dicens: Hac impetu mittetur babylon magna ciuitas illa et amplius non inuenietur. Et vox citharedorum et musicorum et tibicinum et tubicinum non audietur in te amplius: et omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius: et vox molendini non audietur in te amplius: et lumen lucerne non luceat in te amplius: et vox sponsi et sponse non audietur in te amplius: quia negociatores tui erant principes terre: quia in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes: et sanguis prophetarum et sanctorum inuentus est in ea et omnium qui interfecti sunt in terra.

XVIII

Et post hec vidi alium angelum descendentem de celo habentem potestatem magnam: et terra illuminata est a gloria eius et exclamauit in fortitudine dicens: Cecidit cecidit babylon magna et facta est habitatio demoniorum et custodia omnis spiritus immundi et custodia omnis volucris immundę et odibilis: quia de vino ire fornicationis eius biberunt omnes gentes et reges terre cum illa fornicati sunt: et negociatores terre de virtute deliciarum eius diuites facti sunt. Et audiui aliam vocem de celo dicentem: Exite de illa populus meus: et ne participes sitis delictorum eius: et de plagis eius non accipiatis. Quoniam peccata eius usque ad celum: et recordatus est deus iniquitatum eius. Reddite illi sicut et ipsa reddidit vobis: et duplicate duplicia secundum opera eius. In poculo quo miscuit vobis miscete illi duplum. Quantum glorificauit se et in deliciis fuit: tantum date illi tormentum et luctum: quia in corde suo dicit: Sedeo regina et vidua non sum: et luctum non videbo. Ideo in una die venient plage